



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 94. Titulus XIV. De Pueris Choristis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

sione, sive admissione ad possessionem ali- Sæcul. XVI.
A.C. 1584.
cujus dignitatis, Canonicatus, præbendæ,
officii, aut personatus, Cathedralis, aut
collegiatæ Ecclesiæ, aut cuiuscunque alte-
rius beneficii, nullas fieri sinant proven-
tuum deductiones, solutiones, promissiones,
compensationes illicitas; nisi ubi laudabilis
est consuetudo, ut in pios Ecclesice usus con-
vertantur: nec inde Canonicis quidquam
accrescat.

§. XCIV.

Titulus XIV. De Pueris choristis.

Titulus decimus quartus agit de pue-
ris ad chori obsequium destinatis,
hancque in rem quinque statuit Cano-
nes, ex quibus primus ita habet. Pri-
mum pueri idonei, ætatis convenientis,
ex legitimo Matrimonio procreati, cor-
pore non mutilato, valetudine, & voce
integra elegantur, eo numero, quem quæ-
que Ecclesia habere solet, aut debet.

Canon II. Sit eorum Rector, aut Præ-
ceptor bonæ & probatæ vitæ & fidei, in
sacris ordinibus constitutus, aut saltem qui
intra annum promoteatur, compositis mo-
ribus, non vinolentus, non percussor, non
concubinarius, nec qui scandalo juventuti
esse possit, non pueris nimirum indulgens,
nec tamen ita severus, ut eos a munere Ec-
clesiastico absterreat, qui puerorum opera
non abutatur ad sua peragenda negotia:
qui

Sæcul. XVI. qui musicam & ritum Ecclesiæ recte cal-
A.C. 1584. leat: qui sedulo eos doceat, qui domum
 & familiam puerorum non deserat, cum
 illis cibum sumat, nec alio divertat, cu-
 ram eorum gerat, cum animi, tum cor-
 poris: eos vittu defraudari non sinat, ve-
 stiarium curet: non permittat eos vagari
 parentum, vel amicorum prætextu, aut can-
 tus gratia: horis certis eos ad Ecclesiam
 ducat, & reducat, & nunquam nisi eo
 duce extra domum incedere sinat: relaxa-
 tiones animi, cum opus fuerit, concedat.

Canon III. Præter cantum discant
 etiam pueri certis horis scribendū, &
 latine loquendi artem, per præceptorem ido-
 neum, Capitulorum expensis: ut adultio-
 res facti Ecclesiis, in quibus iniciati fue-
 rint, majora obsequia impendant: sic enim
 fiet, ut Ecclesiæ bene eruditorum filiorum
 numero exornatae, erroneos cantores offen-
 diculi occasionem præbere solitos admitt-
 tere non cogantur.

Canon IV. Capitula Ecclesiarum,
 quibus ejusmodi pueri inserviunt, adultis
 provideant de vittu, & vestitu, & ut
 ad studia promoteantur: meminerintque
 illis vacatura beneficia pro meritorum ra-
 tione, aetate, & qualitate, cum visum
 fuerit, conferre.

Canon V. Non descendant Sedes
 Canonicorum, aut Sacerdotum cantus ce-
 lebrandi gratia, nec in festo Sanctorum
 Inno-

*Innocentium Pontificalia, aut Sacerdotalia
indumenta, aut ornamenta præferant, Secul. XVI.
aut regium, vel quoquo modo a sua voca-
tione alienum habitum: ne inde risus, aut
offensionis caussa spectantibus præbeatur.*

§. XCV.

**Titulus XV. De ornamentis & Va-
sis Ecclesiæ.**

Differit in titulo decimo quinto de *Labb.*
ornamentis, vasisque Ecclesiæ, pag. 1083.
ubi quinque proponuntur Canones I.
*Vestes sacræ, & ornamenta bellorum bar-
barie direpta, aut vetustate consumpta re-
stituantur, & sufficiantur in locum amis-
torum, excitent autem populum prædicato-
res verbi Dei ad aliquid in ejusmodi
sacram Supellectilem erogandum, tan-
quam piuum, & Deo gratum opus: quod
etiam de Sacris vasis observetur.*

Canon II. Monet Episcopos capi-
tula, Præpositos, & omnes Ecclesiasticas
personas hæc Synodus, ut suæ conditio-
nis memores Ecclesiæ suas ornent, quan-
tum eis ecclesiasticæ post pauperum curam
facultates, & cetera charitatis officia sup-
peditabunt.

Canon III. Canonicorum congrega-
tiones hortatur, ut more antiquo multis
adhuc in Ecclesiæ observato, unusquisque
Canonicus nuper in Ecclesiam admissus,
pro jucundo suo adventu grati animi testi-
Hist. Eccles. Tom. L. M monium